



# De praecipuis Fontibus

Juris provincialis Livonici campestris, ab  
Archiepiscopis et Magistris Livoniae, nec  
non a Regibus Poloniae et Sueciae  
Originem ducentibus.

---

Dissertatio juridico-historico-literaria,

qua m

pro venia legendi

in Facultate juridica Universitatis literarum  
Caesareae Dorpatensis

scripsit et placido atque benevolo Eruditorum  
Examini submittit

Woldemarus Fridericus Carolus de Ditmar,  
Juris utriusque et Philosophiae Doctor etc.

---

Particula prima.



Dorpati Livonorum,

ex officina academica J. C. Schünmanni.

1818.


Imprimatur,

ea quidem sub conditione, ut simulac dissertatione haec typis  
excusa sit et antequam divulgetur, aeptem exemplaria, quae  
secundum jussum supremum distribuenda sunt, administratio-  
ni Universitatis, cui censura librorum mandata est,  
tradantur.

Dorpati, die 8. Decembr. 1818.

Joannes Neumann,  
Censor.

Ent.



4115

**Observationes generales  
in Livonicas leges domesticas  
et  
receptas peregrinas.**

---

**Scripsit**

**Woldemarus Fridericus Carolus de Ditmar,  
Utriusque juris et Philosophiae Doctor etc.**

---

**Dorpati Livonorum.  
ex officina academica J. C. Schünmanni.  
1818.**

**Caeterum non ea pollicemur, quae in erudito viro ac  
multo rerum usu exercitato laudentur, sed quae in juveue.**

**Carl Theodor Welcker, die  
leßten Gründe von Recht, Staat und Strafe.**

**T r i u m v i r i s**

meritis in patriam, dignitate et omni virtutis laude  
conspicuis,

Viro perillustri, magnificentissimo

**D. Carolo Gottlob Sonntag,**  
Livoniae Superintendenti generali, Praesidi Consistorii etc.

nec non

Amicis dilectissimis, perillustribus,

**D. Benjaminao de Bergmann,**  
V. D. M. in ecclesia Ruien etc.

et

**Carolo Ernesto Berg,**  
Praeposito Pernaviensi, Pastori Haalistensi etc.

Pietatis et observantiae probandae caussa

**cum perennis felicitatis voto**

**D. D. D.**

**perillustrium nominum**

**sibi venerabilium amatissimorumque**

**cultor nemini secundus**

**Woldemarus de Ditmar.**

## *P r a e f a t i c*

*P*aуca tantum praefari necessarium videtur. — *Dissertationis pro loco, quam mos Universitatum antiquissimus a me postulat, materiam meditanti eligendam.* occurrit mihi illud *Theodosii*<sup>1)</sup>: „*Litteratura est omnium virtutum maxima.*“ *Cujus tanti et summa auctoritate viri dictum lubenti sequi animo proponens, nec quanti res futura sit negotii praevidens, juris privati Livonici provincialis campestris fontes praecipuos, inde ex eo, quo Archiepiscopi, Magistri Ordinis Teutonici,*

---

<sup>1)</sup> *Lex. I. Codicis Theodosiani de decuriis Urbis Romae* (14, 1).

*Poloni et Sueci in Livonia dominati sunt nobis traditos, quoad juris historiam et, literaturam, exponendos, aggredi sum ausus. Verum enim vero maximaे hac in re tractanda et graves difficultates, tanquam infesti daemones, de proposito me deturbaturaे, mihi se obtulerunt, ut pae- ne animum fregissent, nisi constanter ipsi propositum inhaesisset, quare perfeci qui- dem opus, ita tamen, ut tantummodo, quae in hoc laboris genere in praesenti ego praestare possem, pro meis viribus me praestitisse, libere mihi confitendum sit. Nec me fugit, ab aliis hanc rem multo, quam a me, melius tractari potuisse, — attamen, ut recte justeque judicetur, suo quemque loco judicari oportet, ita etiam atque etiam precor, ut lector de hoc libel- lo judicaturus, si quid aut imperfecti, aut negligentius saltem elaborati offendisset, non diligentiae hoc meae, sed diurnae ex patria absentiae, tribuendum putet, at- que intueatur, quae, tum urgente nimia temporis brevitate, tum, quod comparare*

*hujus provinciae juris fontes, difficillimum et operosissimum sit, imperfecta relinquere coactus essem; nec non posse haec, cum firma utilitatem patriae afferendi voluntate nequaquam destitutus sim, expleri aliquando sinente tempore, et accuratius perfici.*

*Hoc loco commemorandum est quanta me benevolentia, in hac elaboranda Dissertatione et in aliis meis studiis adjuvarint viri a me semper colendi: p. t. Rector magnificus, Prof. D. Gustavus Ewers; a consiliis collegiorum et eques S. Wladimiri, Prof. D. Jo. Guil. Krause; a consiliis collegiorum, Prof. D. Gottlieb Benjamin Jäschke; a consiliis collegiorum, Prof. D. Carolus Morgenstern; Fiscalis circuli Dorpatensis et eques S. Wladimiri Gustavus Petersen; D. Benjamin de Bergmann, concionator in ecclesia Ruien in Livonia, et praesertim quoque Livoniae Superintendens generalis, Dr. C. G. Sonntag, qui praeclarus auctor Rigae degit; quibus viris spectatissimis*

*pro tantis in me meritis ac beneficiis, gratias vel maximas, dum anima spirabo mea, non solum me habiturum, sed actu- rum confirmo.*

*Quod juris provincialis fontes ex tem- pore eo, quo Livonia Imperio Russico sub- dita est gloriose aequa salutari, non commemorarim, quaeso, ne quis justo du- rius me reprehendat: qui enim potui, cum normarum juris provincialis, quae ex jure Russico projectae, in Livonia valeant, tantus sit numerus tantaque varietas, ut, si enumerare eas suscepisset, ni- mis alte, ut oportuisset, repetens, arctos Dissertationis fines certe transgressus es- sem? Praesertim autem veritus sum, ne qua Russicarum legum enumeratio, ne quidem minima hoc meo libello exhibita oblivioni traderetur; quae enim oblivionis fortuna, ut omnia hujusmodi specimina eruditionis, etiamsi summa cum auctoris industria exsudata sint, certissime manet, sic huic quoque meae Dissertationi brevis- sime continget. Illos vero jurium Codices,*

*de quibus loquebar, oblivione tegi, non solum meum est optare, sed boni cuiusque civis, cui curae est salus patriae, qui que cupit, ut tandem, deletis et sublatis illis codicibus, recte definito et firmiter constituto jure communi Russico uti nobis liceat. Cujus rei spes nostra posita est in legum Codice totius Imperii Russici, a Catharina II., Imperatrice, summa cum sapientia incepto, quem noster Imperator et Legislator augustus Alexander I., suis auspiciis felicissimis, perficere omni studio paternoque in populos suos animo nititur. Quod opus ab omnibus Imperii Russici incolis jam diu ardentissime expectatum, quantum ad salutem felicitatemque nostrae hujus vitae facturum sit, cum ex opere illo hucusque nec completo, nec perfecto Societatis Imperialis ad conscribendas leges Petropoli constitutae ), tum ex: „Institutionen*

---

2) Систематический Сводъ сиществующихъ Законовъ Российской Имперіи, съ основаниами права изъ оныхъ извлечеными.

*des Russischen Rechts*“, *ex illo eodem opere excerptis* (*quarum folia quinque prima mecum amicus benevolus, Gustavus Petersen, communicavit*), *perspici potest.* *Quae Institutiones ad normam libri egregii: „System des Pandekten-Rechts“ summi nostri saeculi Icti A. F. J. Thibaut, Heidelbergensis Professoris, componuntur.*

*Huic praefationi sane brevi finem impositurus, nihil addendum censeo, nisi nullo me modo mihi adrogare, in usum historiae juris Livonici aliquid novi magnive momenti a me dictum, quod vel ne sperare quidem ausim. Quo circa me ad illud Senecae<sup>3)</sup> effatum refero: „Ego vero via veteri utar, sed si propriorem planioremque invenero, hanc muniam.“*

Издаваемыи Коммиссіею составленія Законъв. Томъ 1—6. Въ Санктпетербургѣ, печатано въ Типографіи Правительствующаго Сената. 1815. seqq. 4.

3) *Epistolae. Ep. XXXIII.*

*De fontibus juris privati provincialis Livonici campestris praecipuis, ex tempore eo, quo Archiepiscopi, Ordinis Teutonici Magistri, Poloni et Sueci in Livonia dominabantur, originem ducentibus.*

## C a p u t   I.

*In Livonicas leges domesticas et receptas peregrinas Observationes generales.*

### §. 1.

**S**icut nulla fere est civitas, cuius cives domesticis tantum semper legibus temperentur, sed peregrinae domesticis ubique terrarum admixtae sunt; ita in Livonia etiam, cuius juris normarum privati tanta varietas, cum ideo, quod medio saeculo duodecimo a Lubecensibus et Bremensibus mercatoribus

(ergo a Germaniae icolis) *iterum*<sup>1)</sup> detecta est, tum ex saeculorum insequentium historia optime illustratur.

## §. 2.

Ut privatorum Livoniae jurium domesticorum notio recte definiatur, terram ipsam nosse oportebit; quem in finem antiquissimam ejus historiam leviter ante adumbrasse juvabit. — In medio saeculo decimo et quinto, et sequentes centum circiter annos maris Baltici oram, quae est inter Memelam et sinum Finnicum, Livoniam attigisse, Ludovici ab Erlinghausen, Ordinis

1) „*Iterum detecta*“ consulto dixi; ante hanc enim detectionem haec orae maris Baltici cum Livonia ejusque incolis jam pridem fuerunt notae, etiamsi de iis historia nil nisi pauca et incerta doceat. Vid. *Disquisitio mea de origine nominis Livoniae, historiae Livonorum prodromus* (Heidelbergae apud Gutmannum 1816, apud Mohrimum et Winterum 1817.) §. 7. pag. 61 seqq., ubi demonstratur jam Ptolemaeo aliisque, qua sub plaga sita sit nostra Livonia notum fuisse. — De orthographia nominis hujus terrae consulenda est *Disquisito mea citata*. §. 18. pag. 105 — 110.

Teutonici Magistri, documento elucet <sup>2)</sup>), quo hic ordini plures Esthoniae urbes territoriaque in Livonia concedit. — Hic tantus terrarum tractus in plures partes divisus erat, quarum, etsi singulae suum habebant dominum, cum tamen horum quisque Im-

---

2) Hoc documentum, Regiomonti anno 1459 eo die datum, quo sancta ecclesia assolet cantare „Cantate“, invenitur, in: *J. G. Arndt Liefändische Chronik.* Tom. II. pag. 149. — Documenti hic locus apprime huc spectat: „unsers Ordens Lande in Liefland, als Harrien, Wyrland und Allen-Lacken, das Schlos und Stadt Resvall, das Schlos und Weichbild Wesenberg, das Schlos und Stadt Narva, in denselbigen Landen Liefland belegen“ rr. — Porro „ex relatione revisionis Livoniae generalium commissariorum ad Sigismundum III., Regem Poloniae, anno 1599 facta“, hic locus: „Ipsa quidem Livonia centum circiter milliaribus germanicis a Narva Emporio usque ad fluvium Memelam protenditur, finitimos habet ab ortu Moschos, a meride Lithuanos et Borussos, ab occasu mare Balticum. Universa in tres partes, locis et linguis distinctas Esthoniā, Lettlandiam et Curlandiam tribuitur.“ Vid. *Casparis von Ceumern Theatridium Livonicum oder Kleine Liefändische Schaus bühne.* Riga 1690. 4. pag. 22, et cfr. Disquisitio mea citata de origine nominis Livoniae. §. 1. pag. 9 — 14 et §. 3. pag. 17 — 21.

perii Germanici ordinis dignitate esset,  
commune omnium foedus.

### §. 3.


Quae hujus terrae saeculo decimo sexto, septimo et octavo fata fuerint, prolixius exponere, cum hujus minime sit loci, sed historiae, sequentia praesubponenda putavi. Dum Curlandia sub Poloniae regno et prasidio tuta sui potens fuit; Esthonia se Suecis subdidit et Osilia insula Datorum in potestate venit: Livonia, terminis iisdem quibus hodie, jam tunc definita, provincia facta est Poloniae (1561), quinquennio post (1566) magno Ducatui Lithuaniae adjecta; deinde pace Oliviensi (1660) a Suecis occupata, denique, cum Osilia conjuncta, pace Nystaedensi (1721.) sub potestatem Imperii Russici est redacta.— Livoniae fines sunt ab oriente lacus Peipus et Russia, propria sic dicta, a meridie Duna amnis et sinus Livonicus, ab occasu mare Balticum, nec non Curlandia, et a sep-

tentrione Esthonia. — His paucis de historia situque praemissis ad fontes juris privati provincialis praecipuos, a me exponendos, revertor, eosque in *domesticos* et *receptos peregrinos* esse dividendos censeo. —

### §. 4.

Quanquam non solum omnes illae normae, quas domestici originis esse historia antiquissima probare potest, et quae nunc etiam re vera in Livonia valent, in jurium Livoniae privatorum numero domesticorum essent habenda, sed non minus eae, quae recentiori aetate, cum alienis jam Livonia dominis pereret, latae fuerint: attamen ob caussas cuivis perspicuas fieri non potest, ut historia juris Livonici tam alte repetatur.

— Livonia, antequam Germanis innotuerat, nullius in historia politica momenti fuit, at, vix dum iis nota, cum oppugnata ad alienorum consuetudines et leges vivere est coacta. — Quin scriptorum co-



etaneorum neino sit,'qui in modum *Taciti*<sup>3)</sup> vel pauca passim de moribus veterum Livoniae incolarum memoriae tradiderit (scriptas enim inventum iri leges, ut antiquissimis temporibus apud Germanos, ita apud Livonicas gentes ne sperari quidem potest), historia quoque juris Livonici non satis habere nequit constituere:

### I. leges Livonicas domesticas esse:

1) eas, quae inde ex eo, quo in Livonia a Germanis subacta prima in periodo, Archiepiscopis et ordinis Teutonici Magistris dominantibus, ratae fuerint, quaeque *genuina* sive *autonomica* jura (angestammtes oder autonomisches Recht) nominari soleant;

2) eas leges, quae sub dominio Polono, Suecico et postea Russico nominatim in usum Livoniae accesserint. — Quum autem caussis in praefatione jam expositis Russicae hac in Dissertatione leges sint praetereundae; nihilo minus tamen, quibus regulis in Livonia adhiberi debeant, scire

3) *De situ, moribus et populis Germaniae.*

maxime intersit, non alienum duco in universum de earum in Livonia usu pauca exponere.

A. Quoniam Livonia, Russico Imperio subdita, Russicis etiam legibus parere debet, sequitur:

B. omnia edicta (*Ufassen*), cum generalia pro universo Imperio Russico, tum pro Livonia specialia, instar legum vim obligandi habere. — At vero est juris principium <sup>4)</sup>: *legis vim a promulgatione penre*, quo sponte patet, edicta (*Ufassen*), ante Livonię anno 1710. subactam, lata, nisi ejus respectu expressim *postea*, aut promulgata, aut recentioribus firmata forent, nec valere, nec vi legis uti; *leges enim ad præterita revocari non possunt*. <sup>5)</sup>:

4) L. 9. Cod. de legibus (I, 14). L. 9. princ. et §. I. D. de juris et facti ignorantia (22, 6). L. 12. Cod. eod. tit. (I, 18). Kleins Annalen der Gesetzgebung in den Preußischen Staaten. Bd. 2. pag 23. Bd. 6. pag. 93, et Leyser Meditationes ad Pandectas. Specimen VII. meditatio 3. 4. 5. et 6.

5) L. 7. Cod. de legibus (I, 14). Cap. 2. et ult. X. de constitutionibus.

C. Omnia, quae dicuntur Imaēnoi- et Senatus decreta (Imānoi und Senatsurkäsen), ut obligent, jussu Imperatricis *Catharinae II.*<sup>6)</sup> ad judicium, quod dicunt Gouvernements-Regierung, mitti debent, quod ea typis excusa, tanquam leges, promulganda curet<sup>7)</sup>; nec eorum exemplis, manu tantum scriptis, fides habenda. — Est porro alia communis juris regula<sup>8)</sup>, qua praecipitur: „lege generali recentiori, nisi expresso imperatum, specialis praecedens ne aboleretur, sed praecedens, ut exceptio a regula, juxta recentiorem valeto.“ Quae regula:

D. in Livonia valeat eo magis necesse est, quod Imperator *Petrus Magnus*<sup>9)</sup> his expressis verbis imperavit: „Und weil außer den Russischen Reichen und Ländern, un-

6) Senatsurkäs vom 2. Mai 1783.

7) Cfr. Die Prozeßform in Livland. Ein Versuch von Christian Heinrich Nielfen. Dorpat 1806. 8. §. 42. S. 29.

8) L. 80. D. de regulis juris (50, 17). Göttinger juristische Abhandlungen. Th. 1. Nr. 7. §. 10 S. 127.

9) Generals-Reglement vom 27. Februar 1720. §. 27.

verschiedliche Provinzen und Herrschaften dem Russischen Zepfer unterworfen sind, und unter Gr. Majestät ruhmvoller Regierung stehen, hiernächst aber besondere Privilegien haben: so soll jedes Collegium schuldig seyu, sich dessen wohl zu erkundigen, von ihren Privilegien die Copien zu nehmen, und jede Nation nach denen ihr von Gr. Kaiserl. Majestät gnädigst confirmirten Privilegien und Rechten zu tractiren."<sup>10)</sup>.

E. Si quando versionem ab archetypo discrepare potest probari, quin hoc illi sit anteponendum, nemo dubitat. Hoc tamen in casu praesidis provinciae judicio (Gouvernement - Regierung) est subjiciendum. — Leguin citandarum verba authentica, nec decurtata, neque mutata scribuntor [„bei Anführung der Gesetzstellen müssen immer die authentischen Worte derselben genau, unabgekürzt, und ohne die mindeste Abänderung ausgeschrieben werden.“<sup>11)</sup>], neque

10) Cfr. Imaenois Ufaz vom 5. Juli (11. Dec.) 1783.

11) Ufaz vom 31. Juli 1806.

alia, quam *authentica* earum *interpretatio* adhibetur.<sup>12)</sup>

---

12) Ihrer Kaiserlichen Majestät Instruction für die zu Verfertigung des Entwurfs zu einem neuen Gesetzbuche verordnete Commission. St. Petersburg 1770. 4. §. 151 — 157. Ukas vom 6. Nov. 1771 et vom 26. Juli 1779. A vero aliena ergo mihi videtur *Nielsenii* (die Proceßform in Livland. §. 60. C. 35) et docti viri et meriti, sententia: *logicam* etiam legum Russicarum interpretationem concedi, quod aequa ac ego jam pridem notavit Syndicus caesareae Universitatis Dorpatensis. D. *Guilielmus de Hezel* in libro suo: *Grundlinien des ordentlichen livländischen Civilprocesses.* Riga 1812. 8. Vorrede C. X; at quia interpretatio *declarativa* nil nisi *logicae* species est (*Forster* de interpretatione lib. 2. cap. 4. et Theorie der logischen Auslegung des Römischen Rechts, von A. G. J. Thibaut. Ausgabe 2. Altona 1806. C. 25), quid est aliud ac non minus errare ac vitium in subsumendo committere, nisi, ut *Hezelius* fecit, contendere, *declarativam* interpretationem judicibus in Livonia permitti? Defendit quoque opinionem meam laudatae Instructionis *Catharinae II.* §pus 151. his verbis: „Viertens folget, daß Richter, die ein Verbrechen richten, kein Recht haben, die Gesetze von Strafen zu erklären, weil sie keine Gesetzgeber sind. Ihr fraget: Wer soll denn die Gesetze erklären? Ich antworte: Der Landesherr und nicht der Richter. Denn die Pflicht eines Richters besteht bloß darin, daß er untersuche, ob ein solcher Mensch eine solche That wider die Gesetze begangen habe oder nicht.“

F. Leges Russicae ad id provinciam administrandi genus, quod dicitur: Statt-  
halterſchaftsregierung, anno 1783. in Livo-  
nia constitutum, spectantes, ubi convenire  
possint, in usum judiciorum, quae, illo ge-  
nere administrandi provinciam sublato, per-  
manserunt, ut, valeant rataeque sint, *Pauli*  
*I. Imperatoris edicto*<sup>13)</sup> jussum est. Quae  
cum ita sint, praecepta der Verordnungen  
zur Verwaltung der Gouvernements des Rus-  
sischen Reichs (quae die 7. Nov. anno 1775.  
Imperatrice *Catharina II.* lata et die 12.  
Nov. ejusdem anni typis excusa apud Sena-  
sum Moskwensen primum in lucem prodie-  
runt, quorumque pars secunda die 4. Ia-  
nuarii anno 1780. demum apparuit ); haec  
igitur praecepta leges nunc etiam obli-  
gantes haberi debent, quatenus videli-  
cet ad gubernatores generalem et civilem,  
horumque fora (Generalgouverneur, Gou-  
verneur, und Gouvernements - Regierung),  
ad procuratorem provinciae (Gouverne-

13) Restitutions - Manifest vom 28. November 1796.

mens = Procureur), aulam cameralem (Generalhof), collegium procuracyis generalis (Collegium der allgemeinen Fürsorge) et denique ad quaesturam redditum publicorum (Renterei) spectant; quibus praceptis laudatis non solum re vera forum disciplinae publicae, et rusticum et urbanum (Ordnungsgericht und Stadtpolizei) in dijudicandis rebus utitur, sed ex decreto Senatus<sup>14)</sup> modus etiam procedendi in caassis criminalibus ad eadem institutus.

II. Jus peregrinum in subsidium vocatum et receptum haberi debet:

1) Jus Romanum Justinianeum glossa praeditum<sup>15)</sup>, si domestico quodam non abrogatum ad rationes temporum nostrorum, antiquis nimirum maxime dissimiles, adhuc conveniat<sup>16)</sup>. — Sed in perspicuis le-

<sup>14)</sup> Senats-Urbar vom 23. April 1801.

<sup>15)</sup> Secundum juris praceptum: „Quidquid non agnoscit glossa, illud non agnoscit curia“ Romanum jus, glossa destitutum, non valet.

<sup>16)</sup> Gerichtsordinanz vom 1. Februar 1632. §. 29. (vid.

2. O. pag. 64, 65). Capitulation Livlands mit dem Russischen Kaiserlichen General-Geldmarschall Grafen

gum verbis est cautum: Parten und Richter sollen sich aber nicht der Römischen Gesetze zur Verdunkelung der Sache, bei vorhandenen Provinzialgesetzen, bedienen, auch nur Gesetzstellen mit der Uebersetzung, nicht aber Rechtsmeinungen der Juristen, anführen dürfen<sup>17)</sup>.

## 2) Jus canonicum. — Quod ad hujus

Scheremetiew vom 29. Juni 1710. §. 10. (vid. Handbuch der Geschichte Livls., Estl. und Kurlands sc. von Wilhelm Christian Griebe. Thl. 5. Riga 1794. S. 264). Bericht des Livländischen Hofgerichts an das Kaiserliche Reichs-Justiz-Collegium, d. d. Riga den 22. April 1727. — Das Reichs-Justiz-Collegiums Revisionsurtheil, d. d. St. Petersburg den 18. Oct. 1770. über das hofgerichtliche Urtheil, d. d. Riga den 7. April 1769, in Sachen des Major Friedrich Baron von Wolff und der Frau Ritterschaftssecretairin Baronin von Wolff, geb. von der Hudten. — Senats-Urteil vom 16. Juni 1778, in Querelsachen zwischen Ephraim Meissner und Gebrüder von Löwies. — Nielsen l. c. §. 48. pag. 31. 32.

17) Hofgerichtliche Publication vom 7. April et 24. Aug. 1780. Ex qua publicatione praecipiente: „Ubi Juris Livonici praecpta aufluant, ad commune Jus non esse provocandum“, tuto colligere possumus: „quotiescunque illa sileant, hoc valere.“

usum attinet, hoc observari oportet: non solum quorundam Livonicorum ICtorum sententia, verum etiam usu hodierno in praxi Livonica ita esse constitutum, ut *nulla auctoritate legali subsidiaria utatur.* Ac verum est, ut ad hanc legum pontificalium collationem (quae maximi in processum civilem momenti est, et quam per illustris *A. F. I. Thibaut*<sup>18)</sup>, praceptor aestumatissimus, aliquique, vel juri Romano, intercedente contradictione, derogare censem) remittamus, non nisi perraro accidere. — Haec sententia, in usu practicorum accepta, nititur in L. L. pag. 92, not. b. Sed notandum: hujus Sueciae juris provincialis textum de matrimonio paciscendo ejusque impedimentis agere, interque alia docere: „Eine rechtmäßige Verhinderung aber ist, wenn die Braut frack worden ist, oder daß ein solcher Zufall dazwischen gekommen ist, daß sie nach Gottes und des Geistlichen Rechts

18) System des Pandekten-Rechts. 5. Ausgabe. Jena 1818. Bd. 1. §. 35.

Zuläß nicht mögen in den Ghetstand zusam-  
mentreten.“ Verbis: „Geistlichen Rechts  
Zuläß“ illa nota tam celebris est addita:  
„Darunter wird das jus canonicum verstan-  
den, welches anīgo abgeschaffet, in dēsse[n]  
Stelle aber ist die Kirchenordnung *de*  
*Anno 1686.*“ Atqui ut omittamus, tum  
hanc notam non ad praecipiendum, sed  
ad illustrandum inservire (eine bloß doctrin-  
nelle Note), nullaque lege Suecica, Livoniae  
data, niti, tum omnes juris Suecici provin-  
cialis (des Land-Laghs) notas, nisi ad leges  
Suecicas expressim Livoniae latas spectent  
idque justa epitome probetur, nequaquam  
valere <sup>19)</sup>; hoc, nt dixi, etiamsi neglexeri-  
mus, nihil tamen amplius ex illa nota elu-  
ket, quam, de quibus rebus liber ritualis  
(Kirchenordnung von 1686.) aliquid statuis-  
set, hoc est, de praeceptis omnibus eccl-  
esiae protestantium repugnantibus, in iis jus  
canonicum ratum esse desiisse. Caeterum  
ubique, imo posthabito jure Romano, ob-

19) Cfr. infra §. 13.

tinet. Praeterea in codice jurium statutorum Rigensium lib. I cap. 4. expresse confirmatum bis verbis invenimus: „Die Richtere sollen sich, in Abfassung der Urteile diesem unserm Stadt-Rechte und Gewohnheiten gemäß verhalten; da aber die nicht zulängten, sollen Sie sich nach den gemeinen beschriebenen Kaiserlichen<sup>20)</sup> und Geistlichen Rechten, im Urtheilen richten.“ In eodem codice<sup>21)</sup> probatio in perpetuam rei memoriam (Beweis zum ewigen Gedächtniß) juris Canonici permissa, et ibidem alio loco<sup>22)</sup> legitur: „Niemand soll sich unterstehen, näher als im dritten Gradu, gleicher Seits Linie mit seiner Bluts-Blutsverwandten, sich zu verehelichen, bey ernster hoher Strafe.“ Qui locus et ipse nihil aliud est, nisi juris Canonici praeceptum hic repetitum.<sup>23)</sup>. —

20) Quo simul Jus Romanum (vid. supra Nr. II. 1.) firmatur.

21) Rigische Statuten. Buch 2. cap. 19. §. 2.

22) Rigische Statuten. Buch 3. Tit. 1. §. 5.

23) Conferatur utique de juris Canonici usu, in gradibus affinitatis determinandis, Lndd-Lagh Tit. III. von Erbschäften. Cap. 4. pag. 120. not. a.

Ius subsidiarum receptum habetur de-  
nique:

3) Commune Ius totius Imperii Germanici usque ad annum 1561. — Quod vero, ne repetendo taedium moveam, cum recentior ejus disquisitio elegantissima <sup>a)</sup>, praeterrmittendum puto.

### §. 5.

Harum privati juris normarum summa et complexu constituitur notio provincialis

<sup>a)</sup> Beitrag zur Beantwortung der Frage: Gehen die vor 1561 geltend gewesenen eigenthümlichen Deutschen Rechte dem Römischen Codex vor oder stehen sie demselben nach? Von George von Engelhardt. Mitau 1817. 8. Clr. (Wilhelm von Hezel) Grundlinien des ordentlichen livländischen Civilprocesses, pag. 7. Nr. c., et: Ein merkwürdiger Criminalfall, welcher bei den rigischen Gerichts-Behörden im Jahre 1791 untersucht und entschieden wurde. Aus den darüber geführten Akten herausgehoben von dem Herrn Landrathen und liefländischen Oberconsistorial-Präsidenten, Grafen (Ludwig August) von Melin. Leipzig 1798. 8., ubi pag. 58. Articulus 137. Constitutionis Criminalis Carolinae allegatur.

privati Livonici; ut nunc est, juris, quod in jus *campestre*, ruris incolis, *urbanum*, oppidanis et *commune*<sup>25)</sup>, utrisque datum, dividetur, in quibus jurium normis adhibendis sequi has regulas generales<sup>26)</sup> necesse est:

1) Suis quisque ordo legibus, quatenus pro earum vi naturaque casui dato discep-tando adaptari possint, judicatur. Quam ob rem:

2) nobilium matriculae Livonicae no-bilitatis inscriptorum, sive habeant posses-siones, sive non, omnium omnes caussae, et personales, et reales, et criminales, tum ad juris equestris (Ritterrecht) praecepta, tum praesertim ad instituta privilegiaque

<sup>25)</sup> De fontibus juris urbani et communis alibi expositu-rus; — fontibus tantummodo juris Livonici provincialis *campestris* enumerandis vacabo,

<sup>26)</sup> Cf. etiam (Gustav Johann von Budden-broë) Sammlung der Gesetze, welche das heutige livländische Landrecht enthalten, kritisch bearbeitet. 1. Bd. Mitau 1802. 4. Einleitung pag. 21. et not. \*).

Ducatus Livonici, nobilibus equitibusque exhibita, judicari debent.

3) Concionatorum ruralium caussae, partim ad nobilium privilegia juraque, partem ad Suecicas leges urbanas sunt discip-tandae.

4) Possessores praediorum vel nobilium, vel publicorum, sive nobiles sint, matriculae non adsciti, sive haud nobiles, in rebus praediorum, quae possident, praediorum nobilium privilegiis fruuntur; in rebus vero ad ipsorum personas pertinen-tibus, rusticis obnoxii sunt legibus.

5) Homines liberi, sed non nobiles, ruri semper, aut in aliquod tempus moran-tes, juri campestri vel rusticano parent.

6) Rustici ad eas leges, quae recen-tioribus temporibus, praesertim anno 1804., accuratius expositae sunt, quas clementis-simo et augustissimo Alexandro I. impe-rante, funditus emendatum iri speramus, ipsis datas, atque ad jura Livoniae coniun-nia, judicantur.

7) Omnes omnium oppidanorum caus-

sae ad judicia magistratus urbani competunt, neque exceptioni datur locus; nisi in causis non ad dominos territoriaque urbana, sed ad personas nobilum aut singularibus privilegiis munitorum pertinentibus.

8) In territorio patrimoniali urbano, urbana tantum jurisdictio et jura, quoad possunt adhiberi, valent.

9) Ubi privilegia, jura urbana et rusticana, consuetudines et usus inveteratus, et praecepta generalia patrae juris, caussae dijudicandae non sufficient, in subsidium vocari oportet jura peregrina et recepta.

In praesens, opusculo hoc nondum perfecto, hic pedem ffo, meque L. B. favori commendatum volo.

---

л р р а т а.

Pag. 11. not. 2. lin. 1. pro: сиществующихъ, legatur:  
с у щ е с т в у ю щ и хъ.

- 17. lin. 14. pro: pereret, leg. pareret.
- 22. not. 12. lin. 17 et 18. pro: committere, nisi, ut  
Hezelius fecit, contendere, declarativam etc., legatur:  
committere, si, ut ab Hezelio factum est,  
contenditur, declarativam etc.
- 29. lin. 6. pro: cum recentior ejus disquisitio, leg.  
cum recentior ejus exstet disquisitio.
- 32. lin. 11. pro: patrae, leg. patriae.